Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Jugum enim oneris eius et virgã humeri eĩ. et sceptrum exactoris eĩ superasti sicĩ in die madian. quia omnis uiolenta p̃datio cum tumultu. ut uestimentum mixtum (sanguine) erit inconbustionẽ. & cibus ignis. Paruulus enim natus ẽ nobis. filius datus est nobis. Hec dicit

℟. HODIE nobis celorum rex de uirgine nasci dignatus est ut hominem perditum ad regna celestia reuocaret gaudet exercitus angelorum. quia salus eterna humano generi apparuit

℣. Gloria in excelsis deo et in terra pax hominib̃ bone uoluntatis. Quia salus

Consolamini consolamini populus mꝰ. dicit dñs ds uester. Loqmini ad cor ierlm. & aduocate eam. quĩ cõpleta est malicia eĩ. dimissa est iniquitas illi. Suscepit de manu dñi. duplicia p omnibus peccatis suis. Vox clamantis in deserto. Parate uiam dñi. rectas facite in solitudine semitas dñi nr̃i. Omnis uallis exaltabit̃. & omnis mons & collis humiliabit̃. & erunt prauа in directa. & aspera in uias planas. Et reuelabit̃ gla dñi. & uidebit omnis caro pariter qđ os dñi locutum ẽ. Conuer-

℟. Hodie nobis de celo pax uera descendit. hodie per totum mundu melliflua facta sunt cela. ℣. Gloria in excelsis deo & in terra pax hominib̃ bone uoluntatis. Hodie per-

Consurge consurge. induere fortitudinem brachium dñi. Consurge sicut in diebꝫ antiquis. in generationibus seculorum. Nunqđ non tu percussisti superbum. uulnerasti draconem. Nũqđ non tu siccasti mare. aquã abyssi uehementis. Qui posuisti profundu maris uiam. ut transirent liberati. Et nũc qui redempti sũt a dño reuertentur. & uenient in syon laudantes. & letitia sempiterna super capita eorũ. Gaudium et letitiã tenebunt. fugiet dolor & gemitus. Ego ego ipse consolabor uos. ℟. Quem uidistis pastores dicite annunciate nobis in terris. quis apparuit. cum uidimus in choro angelorum saluatorem dominum. ℣. Natus est nobis hodie saluator. qui est xp̃s dominus in ciuitate dauid. Natum. Miserationem dñi recordabor. laudem dñi super omnib̃ que reddidit nobis dñs. & super multitudinem bonꝰ domus isrl. que largitus est eis secm indulgentiã suã. & secm multitudinẽ miserationum suarum. Et dixit. Verumtamen ipsi mei sunt. filii n̄ negantes. Et factus est eis saluator. In omni tribu